

# Die Urkunden Karls des Großen, 300

Ego Karolus, Pipini regis filius, eisdem fratribus in eodem cenobio sub regulari norma degentibus, ne eorum animus turbaretur, sed ut deinceps regia securitate muniti absque aliqua molestia prepositorum vivere potuissent et securiter orationibus et regule vacare valerent et mense communis victualia et corporum suorum sufficienter haberent indumenta, quedam prediorum vel villarum loca eisdem fratribus sub abbatis imperio regulariter militantibus ad usus necessarios deputata per privilegium nobis congruum visum est delegare, ut in his securiter laborantes nullo alieno dominio aliquid inde abstrahendum stringerentur. Concessimus igitur per nostre auctoritatis largitatem ad mensam et ad usus necessarios eisdem supra nominatis fratribus per nostre largitatis privilegium in Francia villam que vocatur Nanth, Herliacum, Chislam cum appendiciis suis. In pago Visano, Divionensi, Belnensi, Cabilonensi atque Matisconensi id est: Flacciacum, Soustriacum, Ambornacum, Sanz, Tonancia, Caziacum, Molesiacum; in Curtili ecclesiam, vicum publicum cum XI mansis, in Fesciaco apud sanctum Antoninum mansum I. In pago Alsacense et in pago Algagense in loco qui dicitur Betheroniscurte mansos XII cum ecclesia; similiter vero et in Englingeheim et in Ruodenesheim et in Witerheim mansos XXX et inter Ramengas et Haasiszera mansos V et inter Allericovillare et Susza mansos IX et in Celeberch curtile indominicatum cum omnibus adiacenciis suis, hoc sunt XXX et I, et in Bebonisvillare ecclesiam, qui est vicus publicus in honore sancti Petri, cum mansis V et in Rodesheim mansos XII cum capella et [in] Havagresheim ecclesiam I et ad CL modios de terra arrabili et ad Arzenheim mansos V extra terram indominicatam; similiter et que vocatur Sapine mansos XXXIII cum ecclesia. Infra patriam vero: Granicas, Membriacum, Offiniacam villam, Iusseiacum, Gisuncurtem, Crinsinziacum, Campaniolam, Legoniscurtem, Wanbionisrivum, Ebroniscurtem et Lidinevillam, Onoraciacum, Wabram et Hayroscum, Frigidam concam, Vilare, Nureicurtem, Quernum, Milesiacum, Dedoniscurtem, Maurilioniscurtem, Genebrarias, Ioranicas ad offerendam oblacionem domino, Briadiscurtem, Villam monachorum dimidiam cum ecclesia, Balcionachas, Aniocas, Maurinicurtem, Valerianam, Rodulphivillare ad sartatecta templi restauranda, Campanisum, Monasteriolum, Provincherias, Waldoniscurtem, Boloniacivillam, ecclesiam Aynulfiville, Ansaldicurte, Siricicurte, Berlleville medietatem, ecclesias omnes de fisco Wambionisrivi ad mensam fratrum, ceteras vero res ad vestimenta emenda. In Provincia autem has villas id est: Sels, Viridiscalcis sive Wapingas et vallem Quiriadem sitam in pago Ebredunensi. In pago Lingonensi: Musciacum, Iorchenniacum et quicquid ibi respicit, hec sunt CL mansi ad indumenta fratrum; alibi Bayrum ad indumenta fratrum; Aigunaldicurtem cum ecclesia in honore sancti Albini, Canziacum, Fruminam et Rimiliacum et quicquid ad istas villas pertinet. In pago Virensi villa que Bucciniaca dicitur. In pago Salinensi super fluvium Cernonem ecclesiam in honore sancti Martini cum mancipliis utriusque sexus et loca duo in Marsali cum eneis suis et mansis IIII, in vico Mediano loca duo circa hunas sancti Apri, in vico Bodesio mansum unum cum universis appendiciis suis, Sanctum Bricium, Ferrerias, Ficeium, Lambreium, Kalmas, Ravinifontanam, Fulchericurtem cum Duabus tonis, Gundoniscurtem, Angolisvilare, Fontanas, Anagrates, Sanctum Valbertum, Trenoacum cum appendiciis suis, ecclesiam de Sanez cum appendiciis suis, Sanctum Egidium, Sanctum Sulpicium, Villam Manfredi, Pometum, Boens, Adelens, Capellam, Perretvillam, Boletum, Bruscam, Baldoniscurtem, Huns. Hac igitur racione et discrecione utiliter inspecta iura, auctoritates, privilegia, libertatem a sancte Romane sedis pontificibus sive ab antecessoribus nostris regibus vel

imperatoribus supra nominatis sancte Luxoviensi ecclesie concessam et contraditam confirmamus, corroboramus et auctorisamus. Insuper imperiali auctoritate nostra per omnem eiusdem ecclesie abbaciam precariam omnimodis fieri prohibemus et ut homines eiusdem monasterii necessitatibus servientes ad diversa negocia per universum regnum imperiumque nostrum nostro imperiali banno libere et secure discurrant, et nullus iudex publicus aut exactor nullum theloneum, portaticum, pontaticum, gestaticum de ipsis aut eorum hominibus, undecumque fiscus accipere consuevit, ulla tenus exigere presumat nec in pontibus nec in aquis, sicut prediximus, nec in mercatis nec in quibuslibet locis, sed per quecumque castella, portus vel quelibet loca homines et negotiantes ipsius monasterii ire, redire, vendere et comparare absque alicuius contradictione prevaleant. Si quis autem, quod absit, hanc nostre corroboracionis paginam violare presumpserit, auri purissimi centum libras componat et in scriniis imperatoris reponat.